



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Concilium Mediolanense. Epistola Synodalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

LEO C. MEDIOLANENSE. VALENTINIANVS IMP. MARCIANVS IMP. 327

ANNO CHRISTI
451.

XXXI.

Remittuntur quidem omnium peccata in baptismo, sed qui cum fideli conscientia infidelem tempor.....vixit ut fidelis peccator iudicandus est.

ANNO CHRISTI
451.

CONCILIVM MEDIOLANENSE.

EPISTOLA SYNODALIS.

Domino sancto & beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolanensis episcopus.

REVERSIS, Domino annuente, fratribus nostris, &c.
Extat supra inter epistolas Leonis post 52.

N O T A.

[Concilium.] Dum sanctus Abundius ceterique legati ex oriente Romam reuersi essent, ad propria redeuntibus, hoc in mandatis de- dit pontifex, ut Abundius cum Senatore collega Eusebium Mediolanensem episcopum cum literis pontificiis conueniat, cumque eo agat, ut indicta prouinciali Synodo, publicis subscriptionibus pro-fiteantur, se doctrinam de Verbi incarnatione ad Flauianum scriptam integre recepisse: idque propterea, ut legati a latere ad oecumenicam Synodum nomine pontificis, totiusque occidentalis ecclesiæ ablegandi, de absentium episcoporum occidentalium sententia ac suffragio vniuersam Synodum vere & constanter informare possent. Erat enim pristino vsu receptum, ut cum indicebatur oecumenicum Concilium, cui non omnes occidentales interesse poterant, iidem, si opportunitas temporis id ferret, vel Romæ ad Synodum conuocarentur, vel habitis sub præsidio metropolitani prouincialibus Conciliis per synodalem epistolam de suo suffragio Romanum pontificem certiorem redderent, atque ita ipsi etiam iusta de causa absentes, suum quodammodo suffragiū per legatos a latere in oecumenico Concilio ferrent. Hac igitur occasione Eusebius Mediolanensis episcopus hanc Synodum prouinciale coegit: qua quid actum sit synodalis epistola ad Leonem pontificem scripta perspicue recenset. Nomina episcoporum non dignitatis aut prærogatiua se-dium, sed temporum ordine subscripta sunt. Inter eos doctrina & sanctitate insigniores fuerunt, praeter Eusebium Mediolanensem, Abundius Comensis, Maximus Taurinensis, Crispinus Ticinensis, aliquique plures, de quibus vide Baron. anno 451. numero 13. & sequentibus.

Causa ha-bitat Conciliis.

Quomodo abentes episcopi in Conciliis oecumenicis suffragen-tur.

Acta Con-cilii.

Episcopi iuxta seniū subscripte-tunt.

